BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIe SIÈCLE
2

OBL 32-2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr.1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Maurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551

omnibus incumbit, tot præclarè factorum memoriam ad poſteros tranſmiſſura: vti enim Regum noſtrorum ſplendori impenſiùs addicta eſt; Sic heroïcis quoque, Regiorum M[illegible]iſtrorum virtutibus tota fauet; ijs vt gloriæ immortalitatem tribuat. Hanc porrò EMINENTIÆ TVÆ, *quàm Domus iſta Regia vnicè pro viribus curat, tàm & omnis Familia noſtra precatur, non minùs nomini Tuo, quàm dignitati æternùm deuota.*

QVÆSTIO THEOLOGICA.

BU

Quid illud; a quo ſeparatur maculatus leprâ, ad arbitrium Sacerdotis? Leuit. 13.

REGALE Chriſti conuiuium, quod eſt Euchariſtiæ Sacramentum; à quo Sacerdos, vtpotè myſteriorum Dei diſpenſator conſtitutus fidelis, immundum omnem & peccatorum leprâ commaculatum, ſi tamen ſcandalum abſit, ſibi procul arcendum ſciat: non enim omnibus communis cibus hic, ſed proprius filiorum; tum maximè, cum Chriſti paſſionem, cuius eſt memoriale, intellectu ruminantes, quemdam ſpiritum ſugimus; quo ſimul paſcimur atque reficimur in vitam ſpiritalem. Sacramentum hoc, Typicis expletis, die Azymorum primâ inſtituit Chriſtus; dum panem in corpus & vinum in ſanguinem ſuum tranſmutauit; iſtis vſus operatorijs verbis *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.* Quæ qui euacuare nititur conquiſitis tropis, incredibile eſt qua ſe ſuauitate amoris diuini fruſtratum velit. His itaque Chriſti verbis & ſolis dona tranſmutantur; mutato, non tamen annihilato pane; quæ quidem mutatio rectiſſimè tranſubſtantiatio nominatur; cuius beneficio ſub ſpeciebus panis & vini, etiam ſeorſim ſumptis, Chriſtus totus continetur: viua quippè ſancta eius caro; & ſacer cruor, qui in cruce fuſus, in tremendo calice viuus adhuc eiuſque ſpiritu calens eſt: vnde ſub vnica ſpecie tota percipitur ratio Sacramenti; nec ſub ſpecie gemina maiorem, quam ſub vnica fructum capi crediderim. Videat autem quiſque, vt eam in ſeſe animi puritatem eumque voluntatis feruorem procuret, quo ſe Auguſtiſſimi huius myſterij participatione frequenti dignum præſtet: quippè hinc vtilitas ſumma.

PRVDENTER ab Eccleſia ſublata eſt laïcis ſanguinis potio; ſic & paruulis communio; quæ eis, prioribus ſæculis, promiſcuè concedebatur. Sub ſpeciebus Euchariſticis ineſt Chriſtus definitiuo modo; vnde nec locum occupat, nec externorum ſenſuum operationes exercere poteſt circa obiecta, aut ab agentibus extrinſecis pati quidquam; ſic nec corporeas terminare potentias: motis tamen ſpeciebus immotus non manet. Sub eis permanens eſſe habet Chriſtus; nec tantum adeſt cum ſumitur; ſit autem præſens, non per adductiuam actionem, ſed per productionem veram: deſinit verò, vbi primum corruptæ ſunt ſpecies; tumque ſubſtituitur materia, non quidem panis, ſed quæ, deſtructis accidentibus, huic ſucceſſiſſet. Habet etiam Euchariſtiæ celebratio rationem Sacrificij; cuius actio in conſecratione fractione & conſumptione ſita; ſic tamen vt vel ipſi conſecrationi quoad eſſentiam inſit; à qua oblationem diſtingui nolim, offertur enim quo fit corpus Chriſti. In Azymis Latinus in fermentato conſecret Græcus. Antiquum ritum proferat iſte; ſecundum quem, tum in Oriente tum in Occidente, quod altari fideles, illud idem Sacerdotes vt plurimum offerebant Deo. At ille Chriſti opponat factum. Antiqua traditio eſt vinum à Domino aquâ temperatum, neque admodùm repugnem quin acceſſerit præceptum, vel ipſius Chriſti. Secluſâ tamen aquâ, nec renuente Cypriano, rata manet Sacrificij ratio. Mutetur necnè in vinum aqua diſceptent Phyſici; at Theologi in ſanguinem mutari non dubitent. Fertur diſpenſatum cum Septemtrionalibus quibuſdam, vt ex ſolo pane apud eos fieret conſecratio; verumne? diſcuſſio inutilis, vbi factum duco poſſibile.

POENITENTIA non ſolam dicit voluntatis mutationem; habet etiam dolorem peccati adiunctum, pœnis quibuſdam, laboribuſque ſignificatum. Pecculiaris virtus eſt, commutatiuæ iuſtitiæ rationem, imperfectam licèt participans. Entitas illius ſupernaturalis, Moralis non Theologica. Actu proprio fertur in odium ac deteſtationem peccati cum intentione operandi ad deſtructionem illius quatenus eſt offenſa Dei. Sedem habet in voluntate; nec deeſt in appetitu ſenſitiuo ſubſeruiens habitus. Pœnitentiæ virtutem habuit Innocens Adamus: habent quoque in ipſo baptiſmo Infantes: eam tamen excludunt & procul eliminant natura ab Angelis; gloria conſummata à Beatis; à Virgine Deipara gratiæ plenitudo; à Chriſto deniquè impeccabilitas ſumma. Hæc pœnitentia licet omni tempore fuerit ad remiſſionem peccatorum obtinendam neceſſaria; non tamen à prima mundi origine rationem habuit Sacramenti. In lege Moſis vnum fuit ac proprium è veteribus Sacramentis. Iamque ab inſtitutione Chriſti feliciùs potentiùſque hanc rationem ſortitur: nec coincidit cum Baptiſmo; cuius ad iuſtificationem peccatoris non ſufficit memoria. Suas habet Pœnitentia noſtra partes; materiam ſcilicet & formam, quibus integrè & eſſentialiter conſtituitur. Hæc in verbis abſolutionem ſignificantibus ſita. Illa pœnitentis actus complectitur, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionis propoſitum. Hos actus materiam dixeris proximam; remotam vocabis peccata quæcunq; à baptiſmo cōmiſſa: ſiue mortalia ſint, ſiue venialia; aut iam Eccleſiæ clauibus ſubiecta prius. Aliquod tamen peccatū eſſe irremiſſibile fateor; ſcilicet illud quod in hac vita curari negligitur, non enim in alia remittetur.

IN Eccleſia non vna ſemper eademque fuit agendæ pœnitentiæ ratio; ſed multiplex illius diuiſio. Alia fuit Catechumenorum pœnitentia, Alia Fidelium. Suos illa habebat decurrendos gradus: Auditorium, Orationem, & Competentiam; neque enim ſtatim petenti dabatur baptiſmus. Non tamen fuit neceſſarius ità hic pœnitentiæ peragendæ modus; ſed plerumque liberè à Catechumenis ſuſceptus. Mitior quippè fuit Eccleſiæ diſciplina erga eos qui in incredulitate, & in veteri, quod aiunt, Adamo peccauerant; durior erga fideles qui poſt agnitam Euangelii veritatem, poſt datum in baptiſmo militiæ Chriſti nomen, ſigna deſeruiſſent, Characteremque Dominicum criminibus ſuis conculcaſſent. Pœnitentia fidelium, quatenus Sacramentum eſt, tam poſt baptiſmum lapſis eſt neceſſaria, quam neceſſarius ſit nondum regeneratis ipſe baptiſmus. Quantum autem ex antiquis hiſtoriarum monumentis coniectare licet, Fidelium Pœnitentia alia fuit publica, alia priuata, pro varietate peccatorum, etiam eorum quæ dicimus mortalia: ſi enim fuiſſent occulta, nec in tanto ſcandalo aliorum, arbitrio Antiſtitis priuata pœnitentia eluebantur: vt de Clericis conſtat; quos, poſt pœnitentiam acceptam, nec exauthoratio maneret, nec à gradu ſuo deiectio; quæ ex pœnitentia publica ſequebatur; tuncque laïcam tantum accipiebant communionem, quâ pro laïcis habebantur. Publica Pœnitentia pro grauiſſimis criminibus fuit, & ſcandaloſis; fuit & aliquando pro ſecretis, non ex Eccleſiæ præcepto, ſed ex deuotione liberaque acceptatione pœnitentis.

POENITENTIA publica; Alia ſolennis, Alia non ſolennis; in qua non is erat ceremoniarum apparatus, qui in pœnitentia ſolenni. Fuit tandem hæc vltima Pœnitentiæ diuiſio; ſcilicet in voluntariam, quæ liberè ſuſciperetur à pœnitentibus; & neceſſariam, quam ex Eccleſiæ canone per gradus omnes ac ſingulos decurrebant pœnitentes. Hi autem gradus fuere quatuor. Fletus qui initio naſcentis Eccleſiæ non videtur Eccleſiaſtica cautus lege; verum paulatim miteſcente diſciplina, quo fiebat, vt facilior lapſis eſſet veniæ locus, canone ſancitus fuit. Auditio, in qua de fidei elementis inſtruebantur pœnitentes, qui in tam ingentia prolapſi crimina, omninò à fide defeciſſe cenſebantur. Proſtratio proprius fuit pœnarum locus: in eo varijs laboribus ijſque grauiſſimis affligebantur pœnitentes in vltionem criminum. Vltimus gradus, Conſiſtentia fuit; in quo quidem gradu communicabant reconciliabanturque Eccleſiæ, in precibus ſcilicet, & orationibus; diuiniſque myſterijs intererant; necdum participes facti Euchariſtiæ, cuius participes fieri ſolos veros Dei cultores fas erat. Hæc reconciliatio maior. De alterutra autem reconciliatione, vel Eccleſiæ vel Euchariſtiæ, intelligendi canones qui communionem, viaticum, reconciliationem, pacemvè etiam in fine vitæ negant. Pœnitentiæ publicæ nota hæc fuit celebris: ſemel videtur data, nec ſæpius iterata. De ipſo etiam habitu & victu, ſacco & cineri incubare, paſtum & potum pura noſſe mandabat. Cæterum nulli vnquam in Eccleſia Catholica pro quouis ſcelere negatam pœnitentiæ impoſitionem puto.

ABSOLVTIO Sacramentalis, quæ primas tenet in Pœnitentia, his exprimitur verbis: *Abſoluo te, &c.* Hæc duo verba licet ex rei natura ad abſolutionis valorem ſufficiant; iſta tamen, *A peccatis tuis*, non ſine culpa ommitterentur. Abſenti data, aut ab eo qui non ſit Sacerdos, abſolutio nulla; non tamen Sacerdos omnis hunc aſſumat honorem, aut Pœnitentiæ tribunal inuadat; ſed is ſolus hoc munus obit validè, ſi mortis caſum excipias, qui conſtitutus eſt à Deo, aut ab Eccleſia, Eccleſiævè præpoſitis clauium cuſtos ac miniſter. Qui formam Abſolutionis indicatiuam diceret inualidam, hæreſeos labe non careret; nec ideo inanis forma Græcorum modo expreſſa deprecatiuo, quæ apud Latinos, vt crediderim ipſe, valuit aliquando: non eſt autem Abſolutio Sacerdotis peccati remiſſi declaratio, ſed illius vera remiſſio. Iam quo tempore priſcis Eccleſiæ ſæculis data fuerit Abſolutio Sacramentalis; an in pœnitentium reconciliatione poſtrema, expleto ſcilicet Conſiſtentiæ gradu, an aliquanto prius, aut in ipſa impoſitione pœnitentiæ poſtmodum peragendæ, definitio non ita facilis; placet hoc poſterius, quod ex modo loquendi Patrum & hiſtoriarum examine diligenti communiùs colligo factum. Inutilis autem abſolutio & vana quam non præcedat animi afflictio, Contritio dicitur; eſtque dolor ſupernaturalis, quo quis vitæ præteritæ gemit peccata cum propoſito vitæ melioris: dolor autem eiuſmodi ſummus quidem eſſe debet, non tamen æqualis iræ aut offenſæ Dei. Contritio vel imperfecta eſt, diciturque Attritio; vel perfecta, quæ Contrio eſt charitate perfecta; fuitque ſemper cauſa remiſſionis peccatorum; eſtque iam in Euangelio quatenus includit votum Sacramenti Pœnitentiæ.

ATTRITIO, quam in Sacramento pœnitentiæ cum abſolutione Sacerdotis ſufficere conſtat ad iuſtificationem impij ex Concilio Tridentino, dolor eſt ſupernaturalis de peccato conceptus ex pœnis æternis quæ Deum imperfectè licet reſpiciunt: nec culpandus dolor qui ex metu ſolius gehennæ æternæ & pœnarum alterius vitæ orieretur. Verus animi dolor lepram ſpiritalem foras pellit; quod fit in confeſſione peccatorum, quæ iuris diuini eſt & inſtitutionis Chriſti. Specialis debet eſſe & integra, omnium ſcilicet peccatorum mortalium. Circumſtantias, quæ aggrauant quidem, nec ad aliam peccati ſpeciem trahunt, confiteri, ſit ſalutaris conſilij non neceſſarij præcepti. Idem & de venialibus culpis. Confeſſio ſiue publica ſit, ſiue priuata, & ad aurem ſacerdotis, ſiue voce vel nutu fiat, perinde eſt ad valorem Sacramenti. Is quoque, qui præ vi morbi vocis ſenſuumque vſum amiſerit, ſi præteritæ voluntatis teſtimonium dixerint ſui, pœnitentiam accipere poteſt. Vltimum Pœnitentiæ opus Satisfatio, quæ & ipſa plurimum confert ad peccatorum medelam: non eſt tamen Sacramento eſſentialis; ſi de actuali agitur: nec poteſt probari eam ex inſtitutione Chriſti, & ordine immobili aut eſſentiali debere præmitti abſolutioni Sacerdotis. Quænam autem ſint iniungendæ in Satisfactionem pœnæ, prudentis eſto iudicium Sacerdotis. Dura fuit olim hac de re Eccleſiæ diſciplina, imponebaturque aliquando in vindictam criminum, quorumdam etiam occultorum peccatorum publicatio; quod tantum ſuſtuliſſe videtur Nectarius: non pœnitentiam, ſiue publicam ſiue priuatam, dum Pœnitentiarium Conſtantinopoli exauthorauit.

ORDO Sacramentum eſt nouæ legis à Chriſto inſtitutum; cuius ſeptenarius vulgò ſtatuitur numerus: tres enim ſacri dicuntur & maiores, quatuor non ſacri & minores appellantur: non enim par omnium dignitas, aut inſtitutio eadem. Alij Chriſtum habent autorem veràque gaudent naturâ Sacramenti. Alij nec ſunt inſtitutionis Chriſti nec Sacramenti participant dignitatem; ſed ab Eccleſia in priorum ſubſidium, tanquam officia quædam Eccleſiaſtica, fuere inſtituti. Huius generis ſunt Ordo Subdiaconatus ſacer licet, & quatuor minores ordines nec ſacri; Acolutorum nempe, Exorciſtarum, Lectorum, & Oſtiariorum. Antiqui certè ſunt prædicti Ordines: ſed & alios iſtis permixtos, qui veterum monumenta euoluerit, reperiet: quippè ſui erant Eccleſiæ Cantores & Foſſarij. Iſtis ſepelire mortuos aliaque circa eos præſtare pietatis officia curæ erat. De Preſbyteratu, quod ſit propriè ſacramentum & inſtitutionis Chriſti, nemo eſt, quod ſciam, qui dubitet & Catholicè ſentiat. De Diaconatu res non ita euidens, dum varij in varias abeunt ſententias; verum poteſt & ipſi ratio Sacramenti nec incongruè competere; eiuſque inſtitutio non ad Eccleſiæ placitum, ſed ad Chriſti voluntatem referri. Diaconi officium non merè prophanum eſt; ſed ſanctum, ſacrumque ſemper habitum fuit in Eccleſia. Illius erat in antiqua Eccleſiæ praxi Corpus & Sanguinem Dominicum fidelibus diſpenſare & Sacerdoti Sacrificanti, aut aliquod aliud diuinum opus ſolenniter peragenti propius adſtare.

MINISTRI Ordinum Epiſcopi; quorum Conſecratio Sacramentum eſt imprimens Characterem planè diſtinctum à Sacerdotali. Eos Chriſtus Apoſtolorum ſucceſſores conſtituit, veroſque Eccleſiæ principes; quippe alijs ſeptem Ordinum ſpeciebus, dignitate non modo; ſed & iuriſdictione atque autoritate; iure diuino, non Eccleſiaſtico duntaxat, præeminet Epiſcoporum Ordo; idque Tridentinæ Synodo conformiter. Ordinis materia eſſentialis apud Græcos fuit manus impoſitio, non porrectio inſtrumentorum; aliàs dicendum foret nunquam apud eos fuiſſe Sacerdotes, quod neſcio an aliquis admiſerit. Fuit & hic mos aliquando Latinorum; ſed temporum ſucceſſu & ita determinante Eccleſiâ, partis eſſentialis locum tenere inſtrumenta cœperunt: habent autem in vnoquoque ordinum materiæ rationem; & verba his accommodata formas eſſe dixeris. Duplex in Sacerdote vi ſuæ Conſecrationis eſt agnoſcenda poteſtas; alia remittendi peccata, alia ſacrificandi, conſecrandi: nec proindè Preſbyterorum Ordo duplex, aut duplex Sacramentum; ſed vnicum, quod duplicem hancce poteſtatem ad ſui complementum perfectionemque abſolutam expoſtulat. Præcipuum Epiſcoporum munus, præter Ordinis, & Confirmationis collationem, in Verbi Dei prædicatione ſitum; conſtituti ſunt enim Paſtores & Doctores, vt regant Eccleſiam Dei. In Euangelij tamen expoſitione ſubſidiariam nauent operam Preſbyteri; ad quos propriè pertinet aliorum Sacramentorum adminiſtratio. Videant autem vt in eorum diſpenſatione fideles ſe præſtent ac vigiles; nec ad præcipuum, Euchariſtiam dico, indignos admittant; ſed nouerint quod ab eo *ſeparatur maculatus leprâ ad arbitrium Sacerdotis.*

Has Theſes, Deo Duce, & Præſide Illuſtriſſimo Eccleſiæ Principe, ac S. M. N. HARDVINO DE PEREFIXE DE BEAVMONT *Ruthenenſium Epiſcopo, & in Sacra Facultate Pariſienſi è Societate Sorbonica Doctore Theologo, tueri conabitur* FRANCISCVS DE PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DV-MAINE *Xantonenſis, Ejuſdem Facultatis è Regia Societate Nauarrica Baccalaureus. Die Iouis 30. Decembris. Ann. Dom. 1655. Ab octaua ad veſperam.*

IN REGIA NAVARRA.

PRO MAIORE ORDINARIA.